

timam diuisoris, productum a superiori-
bus subtrahendo, Deinde in penultimam,
tertio in tertiam, & sic consequenter do-
nec omnes figuræ absolutæ fuerint. De-
inde omnes figuræ diuisoris transponan-
tur per vnum locum, cum quibus operan-
dum est, vt iam dictum est, vsq; in finem
perueneris. Si vero numerus diuisoris
in medio semel transpositus haberi non
potest, scribatur figura 0, & operare vt
supra, &c, vt 8866 diuisa per 22 faciunt
403.

PROBA.

PROBAM nouenariam & septena-
riam sume, Primam ex diuidendo, se-
cundam ex diuisore, tertiam ex quo-
tiente, quartam ex multiplicatione secun-
dæ probæ in tertiam, quæ si primæ respon-
derit, bene factum est. & si residuum ali-
quid ex diuisione fuerit, addatur quartæ.

DE PROGRES- SIONE.

Progressio